



# Disputatio juridica inauguralis de rebus creditis & foenore

<https://hdl.handle.net/1874/340705>

DISPUTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
REBUS CREDITIS  
& FOENORE.

QUAM  
DIVINO NUMINIS AUSPICIO  
*Ex auctoritate Magnifici D. Rectoris,*

D. JOHANNIS van MUYDEN,

J.U.D., ejusdemque Facultatis in Illustri hac Academia  
Ultrajectina Professoris Ordinarii, Dignissimi,

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academicī consensu, & Nobilissime  
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*


PRO GRADU DOCTORATUS,

Et summis in UTROQUE JURE honoribus & Privilegiis  
ritè, ac legitimè consequendis,

*Publicē ventilandam suscipit*

DAVID BECKER, Amstelo-Batav.

*Ad diem 15. Septembris horis locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ  
Typographi, clo lcc LXXXVII.

V I R I S  
*Amplissimis ac Reverendis, tu-  
toribus suis fidelissimis,*

HENRICO BECKER,  
Urbis Amstelædamensis Ex-  
scabino & Senatori, Societa-  
tis Indiæ Orientalis modera-  
tori vigilantissimo, Patruo.

DAVIDI VAN BAERLE,  
avunculo, & hospiti jucun-  
dissimo.

HENRICO VAN BAERLE,  
avunculo.

*Theses bas inaugurales in observantiae  
semper debitæ signum*

D. D. D.

D A V I D B E C K E R.

A U C T. E T R E S P.

# LECTORI BENEVOLO S. S. P.



Um receptum sit , juris sacris initandos specimen aliquod studiorum suorum proferre , statim post examen in Senatu Academicō , p̄screptæ mibi fuerant à nobilissima facultate juridica quatuor matrīæ ; de Solutionib⁹, de Rebus Creditis , de usuris & de Publicis Iudiciis , unde quam liberet eligerem ad compositionem Disputationis inauguralis . Earum omnium elegantia me diu suspensum tenuit ad quam potissimum animum appellerem . Tandem fluctuanti mibi p̄c ceteris placuere duo Tituli DE REBUS CREDITIS & DE FOENORE seu USURIS , propter affinitatem conjungendi . Est enim uterque non minus in Scholis utilis quam frequens in foro ; præsertim hisce temporibus , cum languente mercatura , fere quivis cogitur pecunias suas elocare sub usuris . Igitur rem ita proponam , ut principio agam de Rebus Creditis & contractu mutui stricte dicto , quantum dunt axat sortem respicit ; exinde paucis addam de Fœnore & accessione usurarum . Hæc prædictissæ sufficiat , amice Lector , VALE .



H  
DISPUTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
REBUS CREDITIS  
& FOENORE.

CAPUT I.



Re est priusquam ad verborum interpretationem perveniamus pauca de significatione ipsius tituli referre, dicit Ulpian. in initio l. i. ff. de Reb. Cred. ordior. ergo, prælucente Jurisc. ab inscriptione, seu, rubrica. Est autem DE REBUS CREDITIS SI CERTUM PETETUR ET DE CONDICTIONE. Edicti verba quidem intercidere, sed conjicere licet ea sic fuissi concepta. SI CERTUM PETATUR RERUM CREDITARUM NOMINE CONDICTIC  
NE

NEM DABO. Certe, *conditionem certi*, ab initialibus Edicti verbis denominatam esse, communis D. D. sententia fuit. Argumento sit ipse Titulus in Codice **SI CERTUM PETETUR**. Dicitur *certum peti*, ut distinguitur ab *incerti conditione*. Quintil. *inst. Orat. lib. 4. c. 2. satis est*, ait. *dixisse, certam pecuniam creditam peto ex stipulatione*. Cic. pro Rosc. Comm. *præterea enim quemadmodum pecuniam certam petere possit non reperio*. Conditionis incerti exempla sunt in *l. 8. d. act. emt. l. 23. comm. divid. l. 12. §. 2. d. cond. furt. l. 9. § 16. d. præf. verb.* illa locum habebat, quoties factum in obligationem veniret *§. fin. inst. d. V. O.* vel res generaliter erat promissa *l. 75. §. 1. ff. d. V. O.* & universim cum interesse petitoris incertum est *l. 68. l. 72. eod. l. 13. in fin. ff. d. Re Judic.* ejusmodi genere actionum liberatio condici solebat. Ita Julian. in *l. 3. ff. d. cond. fin. caus. qui sine causa obligantur incerti conditione consequi possunt ut liberentur*. Etiam his conditionibus ut servitutes imponerentur agebatur Paul. in *l. 1. d. usuf. leg. sed incerti conditione erit cum herede, ut legatario quamdiu vixerit eundi, agendi, ducendi facultatem præstet* Omessa quoque cautio incerti condicebatur *l. 5. §. 1. ff. ff. d. usufr. ear. rer.*

Generali voce, *Rerum creditarum voluit uti Prætor quoniam de variis speciebus contractuum sub hoc Titulo disslerit; ut in l. 4. §. 1. h. t. de pignore, l. 9. §. ult. l. 10. eod. de deposito, l. 24. de stipulatione, l. 12. de obligatione furiosi, l. 14. de solutione filii fam. contra Senatus. & aliis l. 19. 23. 30. 32. h. t. quas vide.*

## 6 DISPUTATIO JURIDICA

### CAPUT II.

**M**anifestum fit igitur ex dictis conditionem certi non  
hoc loco significare duntaxat eam actionem quæ da-  
tur ex mutuo, sed quæ competit ex alia quavis obliga-  
tione cuius vi certum debetur. Hoc tantum desideratur;  
ut sit vere debitum *l. 9. §. 1. & seqq. b. 2* sit certum, sc. de  
quo constet quid, quale, quantum sit. *l. 6. l. 24. ff. b. conf.*  
*l. 74. ff. d. V. O. 3.* Sit præsens obligatio, non in diem  
collata, non sub conditione contracta. *l. 9. pr. ff. b.* nos  
autem omissis cæteris quæ strictim tractant Jurisce. sub hoc  
Titulo, considerabimus eum quatenus agit præcipue de  
conditione mutui, quæ sigillatim appellatur, *conditio*  
*§. 6. inst. d. oblig. quæ quaf. ex contr. l. 7. C. mand. inter-*  
*clum, actio calendarii l. 39. §. 14. ff. d. adm. & peric. tut.*  
*& cur.* ea posterior appellatio vehementer in scopum no-  
strum quadrat, nempe, mutuum cum usuris connecten-  
di. Solent enim hodieque mercatores debitorum nomi-  
na in libellum inducere, quo sciant quarum usu-  
rarum dies venerit & quid in hoc aut illo mense peti  
possit.

### CAPUT III.

**M**utuum definitur, *Contractus nominatus, Juris*  
*Gentium, stricti juris, quo res fungibilis alteri*  
*datur, ea lege, ut alia ejusdem generis ac bonitatis re-*  
*ficiatur.* Perlustremus singula. Dicitur *mutuum, quasi.*  
*De meo tuum l. 2. §. 2. ff. b. pr. inst. quib. mod. re contr.*  
*oblig.* quoniam qualem rem alteri mutuo trado talem in  
eodem

eodem genere recipio, ut sive mea, sive tua dicature eodem fere recidat. Hinc Cic. lib. 3. d. Orat. *Mutuationes* sunt cum quod non habes aliunde sumis.

## C A P U T I V.

**D**iximus esse *contractum*, id est, conventionem talis quam producit obligationem ex justa causa legibus probata. Textus manifesti sunt in l. 1. §. 2. ff. d. O. & A. Princ. Inst. quib. mod. recontr. obl. non tamen obligat ultero citroque civiliter, quamvis alii diversum sentiant. *Juris Gentium*. arg. l. 7. ff. d. pact. & l. 1. ff. de contr. emt. & quis dubitet cum tantopere conducat ad occurrentia necessitatibus humanis? certe complura cernuntur hujus contractus vestigia in scriptis veterum ac præsertim sacris, uti videbimus cum de usuris sumus dicturi. *Nominatus*, nam propter frequentiam facile nomen proprium invenit.

*Stricti Juris*, quod artissimam habet regulam qua secundum proportionem arithmeticam tantundem repetitur ac datum est l. 3. l. 11. §. 1. ff. b. quod hactenus verum credimus ut certi condicione ex mutuo non possit amplius exigi l. 6. C. si. cert. pet. nihil vero rationi juris adversatur, jus illud post certum tempus reddendi pecuniam vel vinum, æstimare, ac novatione facta (forte post moram) in stipulationem deducere, ad repensandum damnum quod fecit qui tam diu suo caruit vid. d. l. 6. in pr. sed hoc præter hujus contractus naturam propriam accedit.

## C A.

## 8 D I S P U T A T I O J U R I D I C A

## C A P U T V.

Dicitur porro : *quo res fungibilis*, id est , res in quantitate consistens. Hæc ex *l. 2. §. 1. ff. b. l. 1. d. Trit. cond. l. 3. §. 2. & seq. ff. d. contr. Tit. act.* sic describi poterit , quod sit , *pecunia pondere, numero, mensura constans, ut una alterius vicem in genere suo quasi permutando jubeat*. In genere complectitur *pecunia* res omnes quæ sunt in patrimonio , sive mobiles , sive soli *l. 4. l. 53. l. 178. l. 222. ff. d. V. S.* Pecunia , nempe , nomen accepit à *pecudis* nota qua primum æs signatum fuit. uti testatur Plin. *lib. 13. nat. hist.* haud dubium est quin propterea nummis eam figuram impresserint veteres , quod ante metallorum usum , primi mortales pecoribus præcipue commercia consueverant exercere , & in iis fortunarum suarum summam collocare. Quoniam igitur pecunia successit in pecudum vicem , quicquid olim *pecunia* dicebatur , quia *pecude æstimabatur* , illud hodie quoque pecunia vocabitur quia signato nummo potest æstimari. Hinc Cic. in *Oratt. pro Cecin. pro Rosc. pro Domo* , passim *pecuniosum hominem* , dicit eum qui variis divitiarum facultatibus instructus & locuples est. Idem Cic. alibi definit hereditatem , *pecuniam defuncti* . Cui respondet *l. 88. ff. de V. S.* Sed ampla hæc significatio limitatur ac restringitur per verba , *pondere, numero, & mensura constans*. Id est quæ in genere suo functionem recipit per solutionem , quam specie : sunt verba Pauli in *l. 2. §. 1. ff. b.* ubi quid per *functionem* designetur , docer nos Ulpianus in *l. 51. ff. d. legat. 1.* sic enim loquitur : *Sed si certos nummos, veluti quos in arca habet,* aut

aut certam lancem legavit, non numerata pecunia, sed ipsa corpora nummorum, vel res legatæ continentur, neque permutationem recipiunt. Ex exemplo cuiusque corporis æstimanda sunt. His verbis liquet aliud quid esse pecuniam numeratam, aliud, ipsa corpora nummorum. Hæc inspecie æstimari, illam sua quantitate æstimari; & solutione permutari non speciem cum specie, aut genus cum genere diversæ rei, sed ejusdem generis quantitatem cum quantitate in eodem genere. Sic itaque d. Pauli Locum in l. 2. fas est interpretari in genere suo functionem, id est, permutationem recipiunt per solutionem, magis quam specie. Breviter, res fungibles in abusu potissimum prosunt. & ut Boëtius inquit in lib. 2. consol. philos. pros. 5. effundendo magis, quam coacervando melius nitent. animadvertisendum has res emphatice dici constare, pondere, numero, mensurâ, id est, existunt, subsistunt, distinguuntur; non solum æstimantur quantitate. Sic efflagitant multa juris loca. l. 1. d. trit. cond. Instit. d. emt. vend. in pr. v. quæ sine scriptura constitunt. §. inter pretium. eod. l. 2. ff. D. V. O. differt harum rerum quantitas à cæterarum rerum quantitate, quoniam singulæ in suo genere sua quantitate censemur, aliæ computantur alienâ.

## C A P U T VI.

**S**equitur nunc, alteri datur. Hoc fieri oportet ut contractus consummetur. Dare, quid sit colligitur ex §. 1. inst. d. act. sc. dominium transferre. Id non sit nisi traditionibus & usucaptionibus, l. 20. C. d. patt. deducimus hinc igitur conditiones quatuor, ut vere sit mutuum

B

I. tra-

## 18 DISPUTATIO JURIDICA

1. traditio facta sit , 2. ab eo qui dominium potest alteri concedere. 3. ei qui jure potest accipere , 4. deneque , qui vera mensis intentione non per errorem accipit. Singula perscrutabimur ordine.

## CAPUT VII.

**T**raditionem quod requirit , contractus hic , sortitur hoc commune cum cæteris quire ineuntur , commodato , deposito , pignore. Ergo procul omni dubio , nullus hic obligatur ante traditionem. Diserte dicit l. 30. ff. b. *Qui pecuniam creditam accepturus , spopondit creditori futuro , in potestate habet ne accipiendo se ei obstrin- gat.* Stipulatio sc. hic tantum accessionis vice fungitur , & mutuum , cuius ea causa sit interposita , demum perficitur si proficiatur pecunia. l. 2. §. 3. in f. ff. b. cæterum vel ficta traditio sufficit quam vulgo , brævis manus , apellant , quòd compendio fit. Illa contingit cum res ex alia causâ data , ex diversa causa retinetur tanquam tradita. Mentionem facit ejus Ulpian. in l. 43. §. 1. ff. de jur. dot. ¶ l. 3. §. 12. ff. d. donat. int. vir. ¶ ux. ubi maritus debitorum suum delegaverat uxori : querit JCt an Liberatio contingat. Resp. debitorem liberatum esse & ita pergit : *eum rei ordinem futurum ut si pecunia ad te à debito tuo , deinde à te ad mulierem perveniret : nam celeritate conjugendarum inter se actionum unam actionem occultari.* Non huic dissimile quod idem Ulpianus tradit in l. 15. ff. b. vid. ¶ l. II. eod. nec obstant l. 19. ff. d. præs. verb. l. 34. ff. mand.

CA-

## CAPUT VIII.

**A** quo traditio peragatur non est perinde. Requiriatur ut ille qui contractum init sit rei dominus & administreret libere. Seu tradat ipse, seu procurator, nil interest. arg. l. 4. C. b. l. 2. C. per quas pers. cuiq. acq. quod adeo verum est, ut quamvis verus dominus se procuratorem simulet alterius, ignorantis quoque condictionem adquirat. l. 2. §. 4. & l. 9. §. 8. ff. b. imo cuius nomine res tradita non est, condictionem certi ex mutuo arrogare sibi non potest, quantumvis dominus agat, & surdebet. l. 13. pr. ff. b. & l. 2. C. eod. non enim unde originem pecunia quæ mutuo datur, habeat, requiritur, sed qui contraxit si ut propriam numeravit. Verba sunt Impp. in l. 7. C. b. t. magis hoc tamen apices juris declarat, quam dominum jure suo privat, cui conceditur aliis modis experiri, uti, cessis actionibus, adeoque condictione certi utili. l. 2. C. b. t. junct. l. 1. C. d. O. & A. vel potest rem vindicare; si non extet, sed mala fide consumpta sit, ad exhibendum agere; si sine dolo malo debitoris, generaliter condicere. l. 11. §. ult. ff. b. t. præterea desideravimus ut administret, id est, rerum suarum sit moderator & arbiter. Ita mutuo dare nequit pupillus sine tutoris autoritate. l. 19. §. 1. ff. b. t. §. 2. Inst. quib. alien. lic. nec furiosus l. 12. ff. eod. nec, generaliter, cui bonis interdictum est. Habetur tamen pro mutuo si pecunia sit consumpta bona fide. l. 12. l. 19. §. 1. ff. b. §. 2. inst. quib. alien. lic. l. 56. §. 2. ff. d. fidejuss. l. 81. ff. d. jur. dot.

B 2

C A.

DISPUTATIO JURIDICA

CAPUT IX.

Aliquando tamen obtingit ut ipse dominus prohibeat  
tur scenus aut mutuum exercere. Ita principalibus  
constitutionibus cavetur, ne hi qui provinciam regunt,  
quive circa eos sunt negotientur, mutuamve pecuniam  
dent l. 33. ff. b. t. l. 3. C. cod. l. 1. C. d. contr. jud. id ita  
veteribus placuit ob metum concussionis & oppressionis  
provincialium, ne forte sub usuris majoribus pecuniam  
accipere cogerentur, praesertim, cum in jus vocare non  
licebat neque consulem, neque praefectum, neque praetorem,  
nec reliquos magistratus qui imperium haberent.  
l. 2. ff. d. in jus voc. quare nec nuptias cum provinciali  
muliere recte contrahunt l. 1. C. si Rect. prov. nec in Pa-  
latini venditionibus licitantur t. t. C. d. Palat. fac. larg.  
lib. 12. præterea periculum erat ne fraus fieret Legi Cin-  
ciæ, ac sub prætextu fœnoris & negotiationis plus xenio-  
rum corraderent. vid. l. 6. in f. ff. d. offic. Proc. nec le-  
vior causa videtur, ne privatis curis à publicæ rei solici-  
tudine avocarentur. Non minore jure profecto quam  
id militibus interdictum est. t. t. C. negot. ne milit. l. 13.  
pr. ff. d. Re milit. l. 31. Sult. C. d. locat. conduct. Sume-  
re vero mutuam pecuniam non prohibentur Præsides.  
l. 34. ff. b. t. ne inopiz illorum fiat injuria. Non tamen  
hoc permisum si judicet, ne fraus fiat legi. l. 16. C. si  
cert. pet. Officiales, id est, executores & ministri fœ-  
nebrem pecuniam exercere possunt, quia perpetui sunt.  
d. l. 34.

CA-

## C A P U T X.

**S**Atis jam dictum sit de iis qui mutuo dare possunt. Videndum etiam quibus liceat accipere. Nullis id permisum est nisi quibus potestatem semet obligandi iuria dederunt. Patet hinc facile quid de pupillo, prodigo, minore, furioso, statuendum sit. Filius fam. quidem ceteris de causis obligatur seu pater familias. *l. 39. ff. d. O. § A.* sed speciatim placuit ex mutuo non obstringi. *t. t. ff. § C. d. Sc. Maced. § l. 1. ff. de Pollicit. lib. 50.* ut ne quidem possit huic beneficio renunciare, nec teneatur in quantum locupletior factus est, nisi probari possit in rem patris ejus versam esse pecuniam, vel pater etiam tacite consenserit. *l. 16. l. 17. ff. ad. SC. Maced.* ut videatur tutius credi posse pupillo, prodigove. *arg. l. 2. l. 3. ff. commod.* adversus illos enim ad exhibendum actio datur. *vid. Boekelm. Comm. ff. d. Paet. nu. 17. § ad SC. Macedon.* ubi fuse materiam hanc tractat. Civitati recte datur cum possit contrahere & privato cuilibet æquiparetur. *in l. 15. ff. ad SC. Maced.* quod obtinet si communi voto Senatus actorem illi negotio præfecerit, vel acceperit ipse. Si vero quis administratorum, vel consules forte mutuum sumant, ipsi qui contraxerunt, non civitas tenebitur nisi qua res in utilitatem ejus versa sit. Sic intelligenda. *l. 27. ff. b. t.*

## C A P U T XI.

**R**Estat requisitum quartum, *de voluntate contrabeni-*  
*tium.* Ea debet esse libera, non coacta, sic ut in aliis  
 contra-

## 14 DISPUTATIO JURIDICA

contractibus, nec id quisquam negat. Sed si consensus deficiat & error interveniat, hac in re putamus veteres Jurisconsultos inter se dissensisse. Pro regula traditur a Javoleno in l. 55 ff. d. O & A. in omnibus rebus quæ dominium transferunt, concurrat oportet affectus ex utraque parte contrahentium. Si non conveniat igitur inter contrahentes de corpore, contractus nullus est. l. 9. l. 14. ff. d. contr. emt. probat hoc Julianus in l. 36. ff. d. acquir. rer. dom. sic enim dicit: *Cum in corpus quidem quod traditur consentiamus, in causis autem dissidentiamus, non animadverto cur inefficax sit traditio, nam pecuniam numeratam tibi tradam donandi gratia, tu eam quasi creditam accipias, constat proprietatem ad te transire: nec impedimento esse quod circa causam dandi, atque accipiendi, dissenserimus.* Ulpianus eundem casum proponit in l. 18. ff. b. t. & Laudat autrem eundem Julianum, nempe, donationem non esse. Porro sic insit: sed an mutua sit videndum, & puto nec mutuam esse, magisque nummos accipientis non fieri cum alia opinione acceperit. Denique decisionem addit: *Quare si eos consumserit, licet condicione teneatur, tamen doli exceptione uti poterit, quia secundum voluntatem dantis nummi sunt consumti.* Inducit hic Juriscons. consumtionem ut modum dominii nanciscendi; ante consumtionem nummos accipientis non fieri, & ideo extantes vindicari posse. vid. Boekelm. tract. d. action. & Reinhard. Bacch. in suis notis ad Wesembec. b. t. No. 12. dissentit ipse Wesenbecius d. loc. qui conatur hos textus conciliare. Sed videtur magis rationem proponere quæ Julianum compulit ad ita pronunciandum, quam Ulpiani mentem exprimere. Sed eadem l. 18. do-

cet

*cet in fin.* si quis quasi mutuam pecuniam dederit, alter quasi commodatam, ostendendi gratia accepit, neque commodatum, nec mutuum esse, sed conditionilocom fore, sine doli exceptione.

## C A P U T XII.

POrro finalia verba definitionis sunt : *ea lege ut alia ejusdem generis & bonitatis restituatur.* Animad-vertendum est, his verbis naturam contractus nostri sum-  
marie describi; sc. ut inielligamus debitorem creditori de-vinctum esse, non hunc vicissim illi propter impensas aut onera sic ut in bona fidei judiciis obtinet. Creditor enim simul ac rem tradit periculum transfert cum dominio. Nec ullum vestigium extat in jure nostro de certi con-ditione contraria. Qui plura desiderat argumenta videat Boëkelmann. *Tratt. d. act. cap. 3. part. 13. No. 4.*

Quod autem requiritur ut res *alia* reddatur , magis ad optionem debitoris , quam proprium contractus , re-ferendum est. Ut hic sit sensus : illum qui mutuo sum-fit non teneri res easdem in specie rependere , sed suf-ficere si generis ejusdem æque bonas reddat. Licet tamen idem restituere non est dubium , modo diterius non sit. Sic sane non habet quod queratur creditor arg. l.2. §. 1. ff. h. t. v. *magis quam specie.* Initium enim con-tractus inspiciendum est: Quam ob rem a principio con-venire non posse ne transeat abutendi facultas, & ut præ-cise reddatur illa species , concedimus. Ita commodatum fierer & obligationis forma mutaretur.

C A.

## CAPUT XIII.

Am , res ejusdem generis & bonitatis refundi debet ,  
nec aliud pro alio potest invito creditor i Solvi l. 2. l.  
13. ff. b. t. l. 1. ff. d. rer. perm. l. 68. ff. D. R. V. quod si  
non sit integrum debitori rem ejusdem generis restituere , vel creditor ipse consentiat , utique potest æstimatio  
præstari . Cæterum citra casum necessitatis ne judicis of-  
ficio quidem potest effici ut aliud solvatur , absurdum est  
enim condemnationem petitioni non respondere . l. ult.  
C. de fideic. l. 18. ff. comm. divid. Oritur hinc gravior con-  
troversia , si res æstimanda sit necessariò , cuius tem-  
poris punctum spectandum sit , an contractus , an rei  
petitæ , an condemnationis , an moræ . Julianus definit  
hanc rem in l. 22. ff. b. si dies dictus est , quanti tum  
fuit : si non ; quanti cum petitur . Spectatur ergo tem-  
pus moræ quam debitor committit cum creditor eum in-  
terpellat , vel dictus dies pro creditore . Quod sic intelli-  
gendum , ut si res ab illo tempore ad sententiam fiat ma-  
joris pretii , profit hoc creditori , sin diminuatur interim ,  
non noceat . l. 21. §. 3. ff. de act. emt. l. 3. d. trit. condic.  
l. 12. §. 1. ff. si quis caut. Sic obtinet in æstimatione vera  
judicis officio facienda , sine discrimine bona fidei vel stri-  
cti juris judicii . Aliud dicendum est si definienda sit æsti-  
matio per jusjurandum in item . Tum tempus sententiæ  
attenditur in bona fidei judiciis , in stricti juris vero , litis  
contestatae . l. 3. §. 2. ff. commod. si non mora præcessit  
l. 9. ff. d. in lit. jur. l. pen. d. cond. trit. quo casu non  
præcise litis contestatae tempus requiritur , sed moræ . Nam  
quæ sunt ab initio , stricti juris per contumaciam adversarii  
frunt arbitraria , maxime si res periit interim , vel deterior  
facta

facta est. Vid. l. 5. ff. d. in lit. jur. inf. animadvertisendum insuper utrum aestimatio veniat officio judicis, an ipsius actionis jure veluti si ea in specie promissa sit, vel si fidejussor pro reo principaliter solvit. Tum enim tempus contractus inspicitur. Prius exemplum clarissime continetur in l. 28. ff. d. novat. alterum demonstratur l. 37. ff. mandat. & l. 22. ff. D.O. & A. diversum ab hac interpretatione sentiunt variis, inter quos est Arumæus Disp. II. ad D. Th. 5.

## C A P U T X I V.

**A**lteram exceptionem ab hac regula DD. admittunt in pecunia numerata, quæ usum dominiumque non tam ex substantia præbet, quam ex quantitate. l. 1. ff. de contr. emt. Ideo non obligatur debitor exactè idem pecunia genus reddere, puta pro Philippicis Philippicos. Sed alia monete specie solvendo defungitur, modo nil creditoris intersit. l. 99. ff. d. solut. Eam distinctionem usu probatam esse referunt Bartolus ad l. 1. §. f. ff. d. aur. arg. leg. & Fachinæus. Quando vero creditoris intersit, consistit in facto, ac officio judicis committendum est. Molinæus notat in Gallia neminem cogi recipere minutam pecuniam in debitibus majoris fortis. & Conſt. Monit. Imp. anno 1559. diserte cautum est ne cui debitori liceat plus 25. florenis in minuta pecunia creditoribus invitis obtrudere.

Verum posset indagari hoc loco, si quis non signatam quantitatem, veluti massas argenti mutuo dederit, an signatam compellatur recipere. Affirmandum est id omnino si nummi signati sint ejusdem bonitatis & ponderis ac fuere massæ. Illud controversum, an argentum ære contaminatum pro puro credorem oporteat recipere; quod C. strensi.

strensi placuit. Secus Alexandro visum fuit. Alciatus, in Comment. ad l. 2. §. mutui. ff. b. recte respondet, si creditoris nil inersit, id est, si tanto amplius detur quanto inæqualitas resarciti, & sumtus separandi æris, ac periculum igne consumendi argenti repensari possit, priorem sententiam admitti debere. arg. d. l. 99. ff. d. solut.

## CAPUT XV.

**C**Æterum fluit ex ante dictis & facile determinari potest illa multum vexata controversia; *si solvenda sit quantitas in eadem specie, quæ deterior interim facta est, cuiusnam temporis habenda ratio sit, solutionis, a contractus.* Nos posterius defendimus. & id, sive puritas aut pondus materiæ, sive bonitas externa, vel æstimationis, mutata sit. arg. l. 3. ff. b. inf. l. 7. ff. d. aur. & arg. leg. l. 41. §. 4. ff. d. legat. 3. proinde si valor pecuniae crescat aut minuatur, quia statim post traditionem dominio cedit ipsius debitoris. l. 1. l. 2. ff. b. procul omni dubio debet ejusdem esse periculo, cum res periat suo Domino. Æquitas enim suadet ut qui sentit emolumenntum penes eum sit & onus ac incommode. Jam debitor commodo pecuniae fruitur & ante moram. Par est igitur ut quoque damnum subeat. Nam nummi functionem recipiunt in suo genere, ut ante dictum est. Ita quidem ut stipulatio, quantumvis stricti juris, non vitietur si quis stipulanti denarios, ejusdem quantitatis aureos spondeat. l. 65. §. 1. v. nam stipulanti. ff. d. V. O. hinc manifeste liquet, si quis ejusdem generis monetam, sed minoris æstimationis restituat, eum non stare promissis. Si diversum statuamus, dici oporteret æstimationem pecuniae non esse certam, contra

contra l. 3. ff. d. in lit. juran. confer. l. 1. d. condic̄t. trit. & hanc consuetudinem ferme ubique terrarum vigere testantur; Bart. in l. 1. ff. d. aur. & arg. leg. Menoch. lib. 1. conf. 49. no. 19. Molin. in Tratt. commer. No. 702. Boër. decis. 327. nisi convenerit aliter. Plane si alteruter in mora fuerit, puta, debitor solvendi, vel creditor accipiendo, quin tum sua cuique tergiversatio noceat, controverti non potest. l. 5. l. 22. ff. b. l. 3. d. condic̄t. Trit.

## C A P U T XVI.

**I**Ta satis dictum putamus de mutuo & iis quæ eo pertinent, certe pro instituto nostro. Reliquum est ut pauca subjungamus de divisione. Ex mente quorundam D. D. mutuum erit vel *simplex* vel *mixtum*. Illud rursum vel *naturale*, quod fit numeratione ipsius creditoris; vel *Civile*, quod consistit in literarum contractu. *Mixtum* item duplex: cum alias meo nomine numerat pecuniam; & cum ante vel post numerationem intercedit stipulatio. Sed membrum posterius nullo pacto potest admitti. Nam quum alias tradit meo nomine ipse intelligor tradidisse. arg. l. 15. ff. b. nec adeo constituit speciem diversam. Cum vero, pecunia mutuo data, postea stipulor, obligatio numeratione non nascitur, quia id agitur ut sola stipulatio teneat. l. 6. §. 1. & l. seq. ff. d. novat.

Rectius ergo distribuitur mutuum in *verum* & *præsumtum*. De priori diximus. *Præsumtum* appellatur, literarum contractus, quo debitor qui nil accepit, se tamen accepisse chirographo confessus est. Nam si *verum* fateri volumus, proprie literarum obligatio non da-

tur quæ diversa sit à mutuo. Jurisconsulti tres tantum causas contractuum agnoscunt, sc. rem, verba, consensum. l. i. §. 3. ff. d. part. l. i. §. 1. ff. d. O. & A. Obligationis enim hæc est natura uti posito fundamento probatoque, sequatur condemnatio secundum actionem propositam. Jam talis obligatio in jure cognita non est, qua quis obstringitur sola scriptura. Patebit hoc è collocazione tit. Cod. de non num. pecun. cum Tit. Inst. d. litt. oblig. l. 5. C. eod. dicit. requiritur an justa causa debiti præcesserit. Nec ulla formula prodita fuit unquam: *Ajote mihi dare oportere quia scripsisti te daturum.* Et reus non exceptione quod non scriperit, solum, sed præcipue non numeratæ pecuniaæ, repellit actorem l. 7. C. eod. concludimus hinc magis esse standum à partibus eorum qui sentiunt hanc esse mentem Justiniani in l. 14. C. d. n. num. pec. Cum sèpe contingat ut egens debitor cautionem det, sperans numerationem subsecuturam, scriptum istud vim probandi contra scribentem amittere, nisi legitime possit creditor aliter ostendere se dedisse, vel biennium effluxerit à quo instrumentum confectum est, sic onus probandi recidere ad debitorem. Præsumit enim lex, ob confessionem instrumento comprehensam, lapsum temporis, & socordiam debitoris, eum revera recepisse pecuniam. arg. l. 30. ff. d. V. O. l. 14. C. d. contr. stipul. Quod si per apertissima rerum argumenta scriptis inserta probare velit se nil accepisse, vel chirographum neget, potest hoc facere. arg. l. 13. C. b. t. auth. Contra qui C. eod. etinim sevère satis coërcetur, si victus fuerit, solutione dupli. ead. auth. ac nequidem post biennium creditori juramentum deferre licet. l. 14. §. 3. C. b.

C A.

## CAPUT XVII.

**N**Egat hoc fere nova D. D. schola. His rationibus:

1. Debitor post biennium solvere debet *l. 8. C. b.* quamvis pupillus sit. Non est autem debitor, qui munitus est exceptione perpetua. *l. 66. l. 112. ff. d. R. J.*
2. Post biennium evanescit exceptio. *l. 10. C. eod.*
3. Non potest jurandum deferri creditori post biennium. *l. 14. §. 3. d. t.*
4. Nec chirographum potest condici. *l. ult. C. d. cond. ex leg. &c.* nisi reus propter causas specialiter legibus expressas restituatur in integrum. *l. 14. pr. C. b.* secus imputet sibi quod non vigilaverit, & intra biennium protestando perpetuam fecerit exceptionem *d. l. 14. §. ult.* beneficio legum indignus est qui eas contemnit. Placuit hanc exceptionem tam arce concludendam esse, quo magis litium sit finis. Quod eo justius est, quia si justas causas excusationis allegare poterat debitor, adjuvabatur etiam elapsi tempore. *d. l. 14. pr.* Utramque sententiam satis probabilibus nitentem fundamentis defendenda suscipimus. Exceptio vero talis non habet locum, in instrumento depositionis, in securitatibus publicarum functionum, seu tributorum. *d. l. 14. §. 1.*
2. In cautione argentario facta. *Nov. 136. c. 5.*
3. In chirographo cuius fidem debitor agnovit solutione. *l. 4. C. b.* nisi pars tantum soluta sit. *l. 2. C. eod.*
4. Cessat in tute qui sibi creditam pecuniam scripsit. arg. *l. 9. §. 7. ff. d. adm. & princ. tutor.* Tandem si renunciavit ipse debitor post cautionem confectam, sic enim recepisse videtur. arg. *l. 4. C. b.*

## C A P U T X V I I I .

**N**ascitur ex mutuo *conditio certi*. Quæ describitur: actio stricti juris, competens creditori adversus debitorem fugientem, ad restituendum totum debitum in eodem genere & bonitate quo mutuo datum est, & ad resarcendum omne detrimentum mora rei illatum. Omnia fere manifesta sunt ex ante dictis. Si plures derident, singulis pro sua parte competit actio, nisi sint correi stipulandi. l. 9. C. si cert. pet. idem dicendum si communes nummi dati sint. l. 13. s. ult. ff. de Reb. cred. ad reddendum totum debitum. Partem accipere non compellitur creditor nisi prætexatur justa causa. l. 21. ff. eod. sed etsi non idoneum pignus accepit, non amittit exactiōnē ejus debitæ quantitatis. l. 28. ff. b. de privilegiis creditorum non est hic dicendi locus & satis prolixa fuit nostra dissertatio.

## C A P U T X I X .

## D E F O E N O R E .

**P**erlustranda tandem natura stipulationis quæ plerumque pecuniae creditæ solet accedere, & si exacte loqui volumus, mutui contractum fere mutat, & *fænus* appellatur, cuius, *usura*, merces est. Ut à vocis origine proficiscatur oratio: *Fænus à fætu* deducunt Varro, Gellius, Nonius. Quasi foetura quædam pecuniae. Ita Græci, τόκοι dicunt δαπά τε τίκτειν. Doctissimus Salmasius tract. d. Usur. Cap. 4. dictum putat *fænus* à Græco

co πονηρῷ, id idem valet quod πονηρόν. probabilis illa videtur opinio. Quamvis enim πονηρόν proprio pœnam significet, etiam non raro pro mercede, pretio, ponitur. Ut vicissim τιμὴ, & pretium sumitur pro pœna. Terent. in And. ego pretium ob stultitiam fero, id est, pœnam. Neque per fœnus denotantur usuræ tantum, sed pecunia credita sub usuris, æs alienum sub usura contractum, δάνειον ἐντονον. Tacitus in de morib. Germ. Fœnus agitare & in usuras extendere ignotum, ideoque magis averfantur quam si vetitum esset. Idem lib. 6. Annal. ut debitores duas partes fœnoris solverent dixit. Eam sententiam Suetonius ita refert: æris alieni duas partes. Plura possent ad hanc rem proferri, sed ad finem festino.

## C A P U T X X.

**C**ontractu sic in genere considerato, exutiamus quid sit Usura. Latissima significatione denotat usum rei. sic ipse Tullius lib. 1. Tuscul. inquit, *natura dedit usuram vitæ, tanquam pecuniae, nulla præstituta die.* Plaut. in Trinum. nec ideo hasce emi mihi, nec usuræ meæ, id est, ad usum meum. Ita creditor ipse dat usuram rei, nec mutuum ullum sine usura esse potest. Sed magis Juridice dicitur usura merces quæ prouisu pecuniae datur. Ita vecturam vocamus quæ pro vectione datur: *Laturam*, quam bajulus accipit, & magis in plurativo numero veteres autores usurparunt usuras quæ ob fœnem pecuniam debentur. Cic. Verr. 4. *Quis enim hoc fecit unquam ut cum Senatus publicanos usura saepe iuvisset magistratus à publicanis pecuniam pro usuris audeat*

24 · D I S P U T A T I O J U R I D I C A

*audeat auferre. Usura χρήματα est, usuræ τόποι.* Cæterum, usurarum appellatione non tantum continetur illa quantitas quæ pro usu fœnbris pecunia, verum etiam quæ ex alia causa, seu conventione, seu mora debetur. Itaque sic eas definimus: *usuræ sunt accessio quæ pro usu sortis præter sortem debitam creditori a debitore solvi solet.*

C A P U T X X I.

**U**T ordine pertractemus hanc materiam, inquiremus in primis, an justæ sint usuræ. Deinde, quo pacto constituantur, quantas accipere sit licitum, ac tandem quot modis deberi desinant.

*Sortis* vocabulum in definitione, satis indicat nos de quantitate loqui, quæ constat numero pondere, mensura. Ejus enim datione possumus in creditum ire. *l. 2. §. 1. ff. Reb. cred.* non autem de corpore vel specie. Patet hoc ex *l. 3. §. fin. ff. b.* ibi Papinianus consultus, auro vel argento facto per fideicommissum ad usum cotidianum relicto, si fiduciarius in mora fuerit an usurarum æstimatione facienda sit. Respondet: *Quod si forte ideo reliquit ut iis vasis uteretur, non sine rubore desiderabuntur usuræ.*

C A P U T X X I I.

**G**Ravis hic se discutiendam præbet controværsia: quantum tenus usuræ sint probatae vel rejectæ jure divino ac naturali. Ut status quæstionis magis patescat, sciendum est,

DD.

DD. accessionem istam distribuere in *compensatoriam*, qua venit id quod abest ratione lucri cessantis, vel emergentis damni. *l. 13. ff. Rem. rat. hab.* & convenit cum eo quod interest; in *punitoriā*, quæ debetur ob moram non solventium vel non agentium uti convenit. *l. 17. §. si pūpillo. ff. b. & lucrativam*, quæ complectitur mærum lucrum causa debitæ quantitatis principaliter exactum. Priorem speciem neque canones improbant. Cum nemo teneatur alteri prodesse cum suo dispendio, nec officio contrarium sit indemniti suæ prospicere. Altera species, si sit adjecta corpori debito, vel facto licto minime damnatur, ex ratione *l. 10. C. d. pact.* nec rejicitur ecclesiastico jure, quo permittitur conditio privationis juris emphyteutici si biennio possessor canonem solvere differat. Sustinet & compromissi pœnam. *C. per tuas. X. de arbit.* si vero debito quantitatis accedat ea stipulatio pœnæ, vel usurarum, jure civili quidem receptum est eas peti quoad non excedunt modum legitimum. *l. 15. C. b. l. Julianus. 13. §. 17. ff. d. act. emt.* Canones non ita securam censem hanc pœnam, propter metum fraudis, ac labis usuratiæ, ut ajunt. arg. *C. 10. X. b. t.* posteriorem speciem enim quæ tendit ad mærum compendium dantis omnino repudiant. *tot. tit. de usur.* ob Textus, uti putant, claros tam veteris quam novi fæderis. Salvator enim præcepit ita: *mutuum date, nil inde sperantes.* & Lex est hebræis a Deo data, quæ vetat hebræos hebræis pecuniam dare fænori. *Lev. Cap. 25. c. 36. Deuter. Cap. 23. c. 19.* & aliis maxime moralibus annumeratur *Psalm. 15.* nec non *Ezech. cap. 18.* quæ tamen id prohibent. Verum rem proprius intuenti facile patet non quasvis usuras coerceri, verum eas tantum quæ proximum

gravant & quasi *mordent*. Id enim proprie significat verbum quo sunt usi scriptores sacri, pro fænore. Deinde Sacrae Scripturæ loca quæ quidem inspexi, loquuntur fere de pecunia data pauperi, cui satis onerosum est vel simplex pretium restituere, quod expendit in vietum & amictum suum. Apud Israëlitas enim non adeo frequens erat mercatura; quippe quorum patrimonium constabat pecoribus & agris. Idcirco non vetuit Deus ab exteris fœnerari. Illi enim quamvis locupletes nummis vel aliis rebus indigebant ad negotiaciones suas exercendas, & emolumenta sperabant ex adiectis & permutatis mercibus.

## CAPUT XXIII.

**Q**uod ad verba Salvatoris attinet, ea referenda sunt ad opera charitatis. Nam compendium modicum ab argentariis, id est, Mercatoribus sumere nec ipse damnat. vid. *Math. cap. 25. c. 27. Luc. cap. 19. c. 23.* & si naturam consulamus, quid iniquitatis habet si pro repenfando damno quod facit qui pecuniam dat mutuam, eo quod pecunia sua caret, exiguum redhostimentum stipuletur ab illo qui lucrum sentit ex aliena re. Demostenes oratione in Pantænetum; eum qui quod honesta opera quesivit, sub modico lucello elocat, partim ut suum servet, partim ut gratiam faciat alteri, negat fœneratorum odio prægravandum. Natura enim æqualitatem imperat, & ita quidem, ut ex inæqualitate jus oriatur minus habenti. Quid autem habet pro beneficio suo qui gratis mutuo dat? ne gratias quidem, si repetat. Eleganter dicit hac de re sapiens ille Syrach. in Ecclesiæ. cap.

29. *Dō-*

29. Donec accipient osculantur manus , ubi autem redendum quod acceperunt , loquuntur verba tædii , conviciisque & maledictis onerant creditorem. Plaut. in Trinum. Act. 4.

*Si quis mutuum quid dederit , sit pro proprio  
perditum ,  
Cum jam repetas , inimicum animum pro bene-  
ficio invenis tuo.  
Si magis exigere cupias , duarum rerum exori-  
tur optio ,  
Vel illud quod credideris perdas , vel illum ami-  
cum amiseris.*

Propter nimiam reverentiam tamen erga jus Pontificium in Gallia vel Germania non admittitur illa conventio de usuris solvendis , ab initio obligationis ; secus si petantur à debitore cessante , pro eo quod creditoris interest. Mor-  
nac. observ. 1. ad l. 2. ff. de Reb. cred. Gail. lib. 2. observ.  
5. No. 16. & 17. in foederatis provinciis hæc subtilitas ca-  
nonistarum merito reprobata est. *Busius in præfat. Tit.*  
*d. Usur. No. 9. pulchrè Grotius hoc defendit. Introd. jur.*  
*Belg. lib. 3. sect. 10. idem Grot. d. jur. Bell. & Pac. lib. 2.*  
*cap. 12. §. xx. & seqq. addo omnino Nov. Imperat. Leon. 83.*

## CAPUT XXIV.

**D**efensa sic justitia obligationis usurarum , succedunt observandæ causæ quibus constituuntur. Illæ dux sunt , *conventio & mora*. Prioris fit mentio in l. 121.  
ff. d. V. S. de mora textus est in l. 32. & l. 17. §. 4. ff.

*b.t. conventio, vel est, nuda, vel, stipulatio, hic ea regula observanda : pactum nudum in continent adjectum judiciis bonae fidei iis inesse censetur, & adeo vallet l. 7. §. 5. ff. d. pact. sic in deposito ea de causa præstandas usurpas esse traditur l. 24. inf. ff. depositi; in emtione, venditione l. 5. C. d. pact. int. emt. & vend. ut & in locatione conductione. l. 17. §. ex locato 4. ff. b.t. pacta vero quæ postea facta quid adjiciunt non creduntur inesse, sic ergo nec usurpa peti poterunt. l. 72. ff. d. contr. emt. in stricti juris judiciis regulariter non debentur usurpæ ex nudo pacto, nisi in stipulationem sint deductæ. Diserte docet hoc Africanus in l. 24. med. ff. d. præf. verb. l. 10. §. 4. ff. mand. add. l. 11. §. 1. ff. d. Reb. cred. si tamen solutæ sint non possunt repeti. l. 1. C. b.t. Dantur autem casus varii quibus usurpæ debentur in stricti juris contractibus ex pacto nudo, favore vel personæ vel causæ. Sic si civitati promissæ sint. l. 30. ff. b. argentariis etiam absque scripto vel stipulatione tales præbentur quales ipsos percipere lex permittit, & ex præsumptione ita celebratur exactio ac si besses usurpæ nominatae fuissent. Nov. 136. cap. 4. § 5. pactum nudum videtur & efficax esse in quantitatibus ac fructibus mutuo datis. Textus est in l. 12. & l. 23. C. b. id ratione pretii incerti eorum, ut exinde damnum creditor i facile contingere possit. Sed spinosæ subtilitates istæ Juris Civilis, hodie nullius fere sunt usus. Nam datur omnibus actio tam ex pacto nudo deliberato quam stipulatione, nec distinguitur an e vestigio, vel ex intervallo sit adjectum. vid. Grot. introd. Jur. Belg. lib. 3. sect. 1. inf. Scotan. in exam. ad b.t. & passim.*

## CAPUT XXV.

**C**Ostalius ad l. 28. ff. b.t. agnoscit & litis contestationem ut generalem usurarum constituendarum modum. Eum non admittimus, nisi quatenus referre possit ad moram & ita non constituit singularem speciem. Nec locum potest habere in contractibus stricti juris, qui non vel ex nudo pacto præstant agendi potestatem ad usuras, nedum recipiant eas ex dilatione solutionis. Præter l. 3. C. b. liquet hoc ex l. 3. C. in quib. caus. in integ. restit. nec. non est. Ubi nec minor potest ob moram usuras exigere, si non in bonæ fidei judiciis ac similibus, quantumvis alias ejus causa sit favorabilis. Nec adversatur nostræ sententiæ l. 34. & l. 35. ff. b. t. rationes præterea sim tædiose prolixus. Non adeo videtur improbanus quantus modus usurarum ex mente DD. sc. immemoriale tempus, quod merito constituti loco habetur. arg. l. 3. §. 4. ff. d. aq. cotid. & aestiv. ut ex aduerso, qui semisses usuras, promisit, & per multos, id est, tres annos minores præstitit, exceptionem remissionis objicit creditori. Textus in l. 13 ff. b. t. sed & hæc causa dici potest præsumta ac tacita conventio.

## CAPUT XXVI.

**M**ora est, debiti vel solvendi vel accipiendo frustatoria dilatio. Colligitur hæc definitio ex l. 37 ff. mand. vel contra. Mora frequentius ac præcipue committitur a reo seu debitore, qui prætermittit prædicto tempore dare vel facere, quod debet. l. 32. ff. b. l. 5. ff. d. Reb. cred. l. 23. ff. d. V.O. & ex hac specie proprie de-

## 30 DISPUTATIO JURIDICA

bentur usuræ. Creditor in mora est, quando injuria differt idoneè oblatum debitum accipere. *l. 72. ff. d. solut.* quo casu si consignatam sortem debitor deponat in publico, sistitur cursus usurarum. *l. 19. C. b. t. pupillus ex culpa sua moram facere non dicitur, nisi tutore autore, aut solus tutor interpelletur. l. 24. ff. d. V. O.* pro absentibus enim habentur infantes, uti furiosi, qui carent intellectu, quos quia non defenduntur affici damno iniquum est. vid. *l. 22. pr. § 2. ff. ex quib. caus. maj.* mora committitur vel ex ipsa re, vel ex persona. re fieri dicitur quando lex eam introducit ex sola tardatione circa solutionem contra factum hominis. Ita receptum est, 1. in eo qui pupillo vel minori debet. *l. 3. C. in quib. caus. rest. in integ. necef.* 2. in debitore qui non extat ut conveniatur. *l. 23. §. 1. ff. b.* ita debet fieri coram judice potestatio de voluntate petendi, vel interpellandi, quo constet ex quo tempore mora computanda sit. Eo pertinere videntur verba *d. §. moram esse decerni solet.* ac si decreto sit opus. 3. Si debitor possideat mala fide *l. 20. §. 11. ff. d. petit. hered.* ac tanto magis si dejecerit verum dominum de possessione vel aliter deliquerit. vid. *l. 1. §. 34 ff. de vi & vi arm. l. 8. §. pen. & l. fin. ff. d. condic. furt.* 4. Is quoque qui fideicommissariam libertatem dare damnatus est, ex quo peti libertas potuit, censetur in mora fuisse. *l. 26. §. 1. ff. de fideic. libert.* 5. Qui dotem promisit obligatur, post biennium a matrimonio, ad usuras ex tertia parte centesimæ, nec tamen liberatur a sorte. *l. fin. §. præterea C. d. jur. dot.* 7. Emotor cui res tradita est, pretio non soluto. *l. 5. C. & l. 13. §. 20. ff. d. act. emt.* 8. Idem dicendum, ubi dies adjectus est vel pacto vel lege, qui sic dicitur interpellare pro homine, exempla sunt in *l. 12. C. d.*

*C.d. contr. stip. l. 2. in med. C.d. jur. emph. l. 18. pr. ff. b.  
l. 114. ff. d. V.O. 9. Eodem privilegio gaudet fiscus. l. 17.  
§. 5. ff. b. t. 10. Ecclesiæ debitum. vid. §. 19. v. item mix-  
ta. inst. d. act. his adjungi potest ultimò causa civitatum.  
arg. l. 4. C.d. in integ. rest. maj. & l. 3. C.d. jur. Reip. lib. 11.  
tit. 29. præsertim cum debeantur ipsis usuræ ex nudo pa-  
cto, uti probatum supra ex l. 30. b.*

## C A P U T XXVII.

**E**x persona committitur mora per interpellationem fa-  
ctam oportuno loco & tempore, vel in judicio per li-  
tis contestationem. *l. 1. l. 2. C. d. usur. rei jud. vel extra  
judicium per denunciationem privatam. l. 32. ff. b. ac se-  
mel adversarium certiorasse sufficit. arg. l. 3. §. 1. ff. quod  
vi aut clam. l. 87. §. 1. ff. d. leg. 2. l. 122. §. seya. ff. d. V.  
O. add. l. 89. §. 1. ff. d. V.S. tutius tamen est denuncia-  
tionem fieri testato, arg. d.l. 122. §. 3. d. V. O. modo  
deinde cum debitor sui copiam facit non omittatur omnis  
ulterior instantia *d. l. 32. §. 1. ff. b. sic obtinet in creditore.*  
Quod si debitor creditorem velit in mora constituere,  
non satis est interpellasse, sed si res mobilis sit eam deber  
coram offerre, signacula imponere & secundum leges re-  
condere *Nov. 91. Cap. 2.* sin immobilis, defungitur debi-  
tor profitendo se paratum ad satisfaciendum *arg. l. 9. ff. so-  
lut. matrim. add. l. 17. ff. d. peric. & comm. rei vend. nec  
juvat obtulisse partem l. 13. §. 8. ff. d. act. emt. manife-  
stum fit ex dictis moram non intelligi nisi reus oportuno  
loco sit interpellatus & frustrandi animo moras neget.*  
Hoc enim ad cognitionem judicis referendum est *l. 32. pr.  
b. solvendi difficultas, impedimento justæ causæ, debi-  
torem**

torem excusat. l. 21. 22. 23. & 24. ff. b. non enim protinus in officio delinquit si non e vestigio res suas distrahat ad pecuniam redigendam. l. 35. pr. ff. neg. d. 9. gest. causas alias excusandi pete ex l. 42. ff. d. R. I. & l. 29. pr. ff. mand. mora perpetuat obligationem & ad heredes transmittit. l. 91. §. 3. ff. d. V. O. l. 27. ff. b. ac transfert omne periculum ad moratorem. l. 12. inf. ff. Depos. l. 23. 24. 82. ff. d. V. O. ita satis diximus de modis usuras constituendi.

## C A P U T XXVIII.

**S**equitur ut videamus quantas accipere sit licitum, ac tandem qua ratione deberi desinant. Modum usurarum Justinianus præscripsit. l. 26. §. 1. C. b. Gravissimæ sunt usuræ centesimæ, ita dictæ quod centesimo mense sortem æquant, & faciunt duodecim pro centum in anno. a Seneca lib. 7. d. Benef. cap. 10. vocantur *Sanguinolentæ*. Habent illæ locum in trajectiis contractibus. Nec earum quantitatem licet excedere, quamvis veteribus ll. hoc erat concessum. d. l. 26. §. 1. sed moribus, veterum earum legum indulgentiam in usum revocatam esse, notat Grotius lib. 3. introd. sect. II. quia diversitas periculorum quæ creditor subit potest esse magna. Usuræ centesimæ receptæ sunt etiam in re judicata post inducias quadrimestrīs, ex mora, citra conventionem. Ita docet l. 3. C. d. usur. rei jud. in tutela quoque cum tutor pecuniam pupillarem clam convertit in suos usus l. 38. ff. d. neg. gest. in med. his proximæ sunt *bessæ* usuræ, quæ centesimo quinquagesimo mense sortem æquant & efficiunt octo ex centum in anno, quæ mercatoribus conceduntur. d. l. 26. alia *semisses*, quæ constituunt dimidiam partem centesimæ, & cæteris

cæteris hominibus præter negotiatores & nobiles permisæ sunt. Alia *trientes*, vel tertia pars centesimæ, id est, quatuor de centum. Quales tantum, fas est exigere personas illustres. Sunt & *Quincunces*, vel quinque procentum. Earum fit mentio in *l. 17. ff. & l. 5. C. b. t.* Modum usurarum ita constitutum transgredi nemo potest, sive paciscendo, sive stipulando. Sed creditor de superfluo nullam habet actionem; & si acceperit, in sortem hoc imputare compellitur. Ita definitum est *l. 26. pr. ff. d. cond. indeb. & d. l. 26. vers. si quis autem.* non impeditur tamen creditor, illo casu, concessam pœnam poscere. *l. 15. C. b.* ne vitietur utile per inutile.

## C A P U T XXIX.

**O**bligatione principali sublata & usuras finiri necesse est. Sive solutio sit facta, sive acceptilatio, vel novatio, compensatio, consignatio & depositio; Qui modus tollendarum usurarum generalis est in *Futuris. l. 49. inf. ff. d. act. emt. l. 26. pr. C. b. l. 4. C. depos.* in commissis, id est, antea debitum discernendum est inter usuras accessorias ex mora, & singulari stipulatione promissas uti diversam constituant obligationem a forte. Priores, officio judicis lite sopita, vel aliter soluta forte extinguntur. *dd. II. posteriores adhuc peti possunt. l. 1. C. de judic.* Ratio videtur esse, quod creditor censeatur debitori moræ gratiam fecisse, non petendo. Si vero debeantur usuræ ex contractu speciali, partem debiti tantum deduxit in judicium, ut petitionem sibi reliquerit Liberam ejus quod reliquum est.

E

Offe.

Offerendo debitum quoque liberatur ab usuris debitor si representet ac deponat, sic enim cessat causa sc. usus pecunia. vid. l. 60. pr. ff. pro socio. Nec distinguimus inter usuras ex mora debitas in bonæ fidei judiciis, & per stipulationem promissas; ut in his depositio requiratur, in illis offerendo simpliciter debitor moram purget. Adversatur id enim pluribus juris textibus: uti l. 6. l. 19. C. b. l. 3. C. d. luit. pig. l. fin. C. d. pat. pig. qui si ne discrimine cuncti depositionem & obsignationem postulant. add. Donell. in l. 122. §. 5. ff. d. V. O. Barb. comm. ad l. 9. ff. solut. matr. p. 2. No. 79. Specialis usuras tollendi causa cognita fuit jure civili, sc. exæquatio fortis & usurarum. Non earum tantum quæ solvendæ sunt, juxta l. 10. l. 27. §. 1. C. b. sed & quæ per diversa tempora sunt solutæ si cum sorte simul pertingant usque ad duplum. Constituit id Justinianus Nov. 121. cap. 2. & nov. 138. quo edicto voluit Imperator compellere creditores ad reposendum creditum antequam ad eum cumulum succresceret, ne nimia mole æris alieni premerentur debitores. Si spectemus jus Codicis, illud quidem saluberrimum debitori fuit, ut qui tanto tempore non suffecit exsolvendis usuris & adversa fortuna laboravit, hac saltē ratione sublevetur; sed rursus onerabat creditorem qui suo tam diu caruisset, nec forte maturius a maligno debitori potuit consequi. Jus novum verò nec debitore neque creditori valde videtur expedire. Præcipue si mercaturæ gratia pecunia credita sit, ac satis lucretur debitor & sit idoneus. Ideoque vel statuta Frisia (quæ sequuntur in multis alias jus civile) nemini necessitatem injungunt mutandi nomina, sed id cujusque relinquunt arbitrio. Vid. Sande. Decis. lib. 3. Tit. 14. defin. 5. in fin.

CAP.

## CAPUT XXX.

**R**Emittuntur usuræ *tacite*, vel *expresse*. tacite vel pro parte, vel in totum. sic si, qui majores usuras erat stipulatus, per multos annos minores accepit, postea repellitur exceptione doli vel pacti *l. 13. ff. b. & l. 5. C. eod.* tempus huic remissioni DD. desiderant vulgo triennium arg. *l. 1. C. d. fideicom.* in liberationem enim leges promptiores sunt. Aliud obtinet in tacita renunciatione omnium usurarum, ad quam *l. 17. §. 1. ff. b.* requirit *longi temporis intervallum*, quod ad minimum videtur decennium, interpretandum: quia sic nullum factum creditoris concurrit, ut in priori specie. Nec donatio tam facile præsumitur.

*Expresse*, gratiam quis facere potest usurarum prius in stipulationem deductarum, si per acceptilationem eas dissolvat. *Tit. inst. quib. mod. tollit. oblig. §: i.* plura non addam quæ videntur ad fœnoris & usurarum disputationem pertinere, veluti, de fructibus, accessionibus, & causis: fœnere nautico, trapezitico. Quæ si sigillatim omnia pertractanda forent, positionis alicujus inauguralis modum excederent, & Lectori fortasse tedium parerent.

F I N I S.



# COROLLARIA.

I.

*Princeps etiam quibusdam legibus civi-  
libus obnoxius est. Nec subditos ha-  
reticos cogere potest ad renunciandum  
suis opinionibus.*

II.

*Indebitum errore juris solitum repeti non  
potest.*


III.

*Inquilinus, orto incendio intrinsecus, vi-  
cinis tenetur ad resarcendum dam-  
num,*

*num, & ex locato locatori ob adeis exustas, quamvis nec hi, nec ille quicquam probaverint.*

IV

*Sociorum altero pecuniam, altero operam conferente, sors communis fieri potest finita societate.*



TER INWYINGE  
Van den H E E R  
DAVID BEKKER,  
*Tot Meester in beide de Rechten.*  
Wanneer hy de Zaken der  
*Vertrouwde Goederen en Woeker-gelden*  
verhandelde.



Oo 't Grieksche Athene 't hoofst verhief  
uit puin en aschen,  
De woeste dwinglandy en Slavery ont-  
wassen,

En zag het Stichtse Atheen, haar Suster,  
op de trap

Van eer soo hoog geplaatst, door Lof van Wetenschap,  
En waereldwijsheit; met wat blijdschap en verlangen  
Zou d'eerste Konst-heldin haar med-genootte ontfangen?  
Gewis zy vlocht terstont een onverwelk'b're krans  
Van çeder en Laurier, en çierde met dien glans  
't Eerwaardig hoofst; terwijl haar schrand're Leerelingen,  
Doorgonden met hun geest het diep geheim der dingen.

Dit

Dit toont Heer BEKKER , die met onvermoeide vlijt,  
Zich braaf in 't worstel-perk der Rechtsgeleerdheit quijt,  
Als Themis Voester-zoon ; gereed zijn voet te zetten  
In haren Tempel , als een Priester van de Wetten.  
De Woeker die zich self en and'ren strikken vlecht,  
Den Burger plondert , word hier ingetoomt door 't recht.  
Dat is met *Hercules* , waar van de Dichters zingen ,  
En braven Helden-aard de helfsche Monsters dwingen.  
Wie d'onderdrukte Deugd voor onrecht en geweld  
Verdedigt , met zijn tong en pen , is groter Held ,  
Dan die door 't bloedig zwaard zijn Vyand heeft ver-  
flagen.

Dat is met beter recht den Lauer weg gedragen.  
Vaar voort Astreaas Zoon , die 't recht van 't onrecht  
scheidt ,  
Ga heen , ontfang den prijs , uw Kennis toebereid.

L. B. V. W.



With most bold RICHARD, oh my valiant knight  
Xcoughed at his horse; he leapt him off, and then did  
A full stroke upon his head; so that he was dead  
To all sense; though, as you say, he had no weapon.  
Sir WALTER did stay till he had made his death,  
Died, prouer bound; who did then good service  
Sir Walter, though he was but a knave, to make  
The people believe that he had done his master's bidding.  
There a thousand miles Dido, I saw a woman, whose  
A certain man, mounted on her, in doublet and hose,  
Died, and so fayrely, as though he had beene  
Tidings.

Hee then, desirous her to see, did keepe no longer,

